

H A C H O   C O M E S   H O C H B U R G E N S I S.



**H**ACHO ille magna corporis & animi fortitudi-  
ne fuit pre&gt;ditus Itaq; cum Carolo magno in  
Italia existens, res multas pr&gt;clare gesit, atq; suae  
uirtutis plurima indicia omnibus exhibuit. Hunc  
Carolus Imperator factus, anno 802. secum in Ger-  
maniam perduxit, atque portionem terrae in Bris-  
gaudia tribuens, eum comitem constituit. In eo lo-  
co Hacho arc&gt;e condidit, atq; a suo nomine Hach-  
bergam uocauit. Ibi Hacho sedem suam constitu-  
ens, uxorem duxit, atq; Hachburgenses comites  
progenuit. qui tandem tempore Friderici Barba-  
ross&gt;e post trec&gt;tos & quinquaginta annos in Her-  
manni Veronensis primi Marchionis Badensis fa-  
miliam, per unicam filiam Juditham derelictam, inserti fuerunt. Ab eo Hacho  
omnes illi, qui fortitudine & magnanimitate alios superare uidentur, apud  
Germanos egregij Hachi dicuntur. Floruit is cum Carolo magno, post  
Christum circiter annum octingentesimum quintum.  
Monst.lib.3.